Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

strēm celestis amore iherusalem cū aliis quibus eadem
mens erat expetens invisere Venit itaque in orien
talem norice regionē. cui a plaga orientali pā
nonia ab aquilonari confinis adiacet bohemia
Harū nacōnes regionū populis norice telluris
admodū tūc tēporis erant moleste. eo quod ab illis
sepe numero sint turpiter hūiliate devicte. mul
tisque modis miserabiliter afflicte Inde contra
virū dei ortu est falsa suspicio tanquam veniret
missus a p̄dictis nacionibus causa exploracōnis
ac prodende regionis Hac suspicione furiose
plebis animi adeo mansueverūt adversus famulū
dei. ut scopis atrociter castigatū tradent ad custo
diendū. postera die iudici p̄sentandū Sed muni
tus xpi miles parvipendens breve labentis vite spaci
um. mentis sue constanciā viriliter corroborando
preparavit ad suppliciū. cupiens adipisci coronam
legittime certantibus promissam. quia sicut aplus
ait. nemo coronabitur nisi qui legittime certaverit
Ut aūt ventū est ante iudicē. modestiam quam
in animo habuit. sermone vultu et habitu de
monstravit Interrogatus itineris sui causā
veraciter exposuit. aliud quicquā cōfiteri quam quod res
erat compelli nunquam potuit Tunc iudicis edic
to asperis horrendisque cedebatur verberibus. ut si
explorator esset saltem confiteretur victus penarum
doloribus Sed fortissimus atletha Cholomanus